

DE HISTORIA URBIS REINOLDESBURGI



MCIC

Arx Reinoldesburgum in insula, quae in Edora fluvio sita est, aedificatur. Anno MCIC Arnoldus Lubecensis primus est, qui in libro Chronica Slavorum inscripto hanc arcem commemorat. Quo anno urbem conditam esse inter omnes constare videtur.

medio saeculo tertio decimo

Reinoldesburgum iura urbana adipiscitur. Anno

MCCL duodecim viri nobili genere nati Reinoldesburgum urbem Holsatiae, at non Slesvigiae, esse decernunt.

MCCLXXXVII

Post incendium horribile, quod magnas urbis partes delet, ecclesia Mariae Matri consecrata aedificatur.

MCCCXXXIX

Gerhardus Tertius, comes Holsatiae et Storma-





arx, arcis f. - Burg commemorare - berichten, erwähnen condere, condo, condidi,
conditum - gründen accipere, accipio, accepi, acceptum - empfangen, erhalten duo-
decim - zwölf equestris, e - ritterlich, ritterbürtig Holsatia, ae f. - Holstein

et iura urbana confirmat
et urbi magnos agros do-
nat.

MCDLX

Christianus Primus, rex
Danorum, a nobilitate
equestri dux Slesvigiae
comesque Holsatiae elec-
tus est. Dehinc ducatus
et comitatus – scilicet et
urbs Reinoldesburgum
– a regibus Danorum
reguntur. Quattuordecim
annis post imperator
Germanorum Holsatiam
ad ducatum promovet.

MDXXXVI - MDXL

Christianus Tertius, rex
Danorum et dux Slesvi-
giae Holsatiaeque, urbem
aggere muniri iubet.

MDLXVI

Curia in foro urbis sita
conficitur.

exeunte saeculo sexto decimo

Arx Reinoldsburgensis
exaedificatur. Anno MD-
CCXVIII arx destruitur.





Ubi arx quondam fuerat,
nunc hospitium hominum
maiorum natu est.

MDCXXVII-MDCXXIX
MDCXLIV/V

In bello illo, quod trigintia
annos permanet, urbs ab
exercitibus imperatoris
Germaniae necnon regis
Suecorum occupatur.

MDCLXIV

Tot in urbe copiae col-
locantur, ut haec paene
castrorum speciem prae-
beat.

MDCLXIX - MDCLXXIII

Henrikus Ruse, praefec-
tus militum, primus mu-
nitiones magnas construi
iubet.

ignis, is m. - Feuer delere, deleo, delevi, deletum - vernichten, zerstören eccle-
sia, ae f. - Kirche mandare - übergeben, anvertrauen Slesvigia, ae f. - Schles-
wig comes, comitis m - Gefährte; hier: Herzog Danicus, a, um - dänisch excipere,
excipio, excepi, exceptum - anschließen, aufnehmen agger, aggeris m. - Erdwall; hier:
Umwallung conficere, conficio, confeci, confectum - beenden, anfertigen exaedifica-
re - ausbauen destruere, destruo, destruxi, destructum - zerstören imperatoricus, a,
um - kaiserlich Suecicus, a, um - schwedisch occupare - besetzen, einnehmen ob-
sidere, obsideo, obsedi, obsessum - belagern collocare - errichten, ansiedeln

MDCXC

Dum a Hieronymo Scholten, legato Danico, munitio urbis exaedificatur, anno MDCLXXXI vicus Vinzier, ecclesia Kampensis, quin etiam partes Budelstorpi destruuntur. Munitio, quam Kronwerk nominamus, in regione septentrionali-occidenti exstruitur, Munitio Nova in regione meridiali-occidenti.

MDCC

Ecclesia in Munitione Nova sita, postquam per quinque annos aedificata est, Domino Christo consecratur.

MDCCCXIII-IV

Urbs bellis Napoleonicis a copiis peregrinis occupatur.



MDCCCXXVII

Budelstorpi fabrica Carls-huette nominata, quae res ferreas conficit, conditur.

MDCCCXLVIII

Reinoldesburgum fit media pars seditionis contra Danos excitatae. Huc innumerabiles iuvenes ex omnibus regnis, ducatibus, comitatibus, urbibusque Germaniae confluunt, ut Slesvicensibus et Holsatis Imperium Germanicum spectantibus una cum Borussorum copiis, quae Nonis Aprilibus urbem intrant, auxilium ferant.

MDCCCL

Aedificia, in quibus tela ignea fabricantur et aservantur, incendio repente orto omnino dissipantur. Haec aedificia Laboratorium appellantur. Multi homines, et milites et cives, ea calamitate interficiuntur.



centurio, centurionis m. - hier: Generalmajor munitio, munitionis f. - Bewaffnung; Pl.: Festungsbau
legatus, i m. - Gesandter vicus, i m - Stadtteil, Dorf septentrionalis, e - nördlich
occidens, occidentis m. - Westen meridianus, a, um - südlich consecrare - einweihen
ferrum, i n. - Eisen seditio, seditionis f.- Aufruhr, Aufstand mensis, mensis m. - Monat
tela, telorum n. - Munition igneus, a, um - feurig calamitas, calamitatis f. - Unglück, Schaden, Niederlage



MDCCCLII

Reinoldesburgum in dicionem regis Danorum redigitur. Munitiones autem annis sequentibus deinceps rescinduntur. Quae res speciem urbis funditus commutat.

Anno MDCCCLIII Portavulgo Kronwerker Tor dicta destruitur, duobus annis post Porta Slesvicensis et anno insequente Porta Holsatiae Vetus, denique anno MDCCCLXXXI Porta Holsatiae Nova vel Regis Porta.

MDCCCLXVI- MDCCCLXVII

Austria Borussiaque Danis bellum inferunt et victoria parta pacis foedus cum rege Danir ineunt. Qui Slesvigiam, Holsatiam et Lauenburgum victoribus cedere coactus est. Anno MDCCCLXVII Holsatia una cum Slesvigia provincia Borussorum fit.

MDCCCVC

Fossa navigabilis, quae imperatore Guihelmo Primo nominata est, aperitur. Quae a Mare Germanico ad Mare Balticum pertinet.

MCMV

Navalia Nobiskrug conduntur.

MCMXIII

Altissimus pons ferriviae, notabilimum Reinoldesburgi aedificium, inauguratur. Hoc signum urbis non solum Slesvigiam cum Holsatia, quin etiam Germaniam cum terris septentrionalibus coniungit.



interficere, interficio, inefeci, interfectum - töten commutare - austauschen, vertauschen vetus, veteris - alt Austria Borussiaque - Österreich & Preußen peragere, perago, -egi, -actum - bearbeiten, formulieren; hier: beitreten aedificare - bauen aperire, aperio, aperui - (er-)öffnen inaugurere, inauguro - einweihen terra septentrionalis - nördliche Gegend



MCMXXXVIII

Nocte quadam horribili mensis Novembris magna pars synagogae, quae erat quasi domicilium Iudaeorum Reinoldsburgensium, incendio a socialistis nationalibus excitato deruitur.

MCMXXXIX

Synagoga et pristina schola thorae iussu socialistarum nationalium venduntur. Anno MCMXXXIII fere triginta Iudaei in urbe vixerunt,

sed haec cummunio de migratione, occultatione, deportatione, morte voluntaria usque ad annum millesimum quadagesimum secundum plane diruitur. Ubi synagoga et schola steterunt, hodie Museum Iudaicum domumque, quae a medici Bambergeri nomine appellatur, reperire potes.

MCMXXXIX-MCMXLV

Bello mundi secundo urbs intacta est. At res difficil-

lima est permultis hominibus, qui vel ad labores coacti hic versantur vel vulnerati se in urbis tutelam conferunt vel fuga urbem petunt, tecta praebere. Numerus incolarum urbis crescit a viginti milia ad triginta septem milia.

MCMXLV

A. d. VIII. Idus Maias urbs copiis Britannicis traditur, et annis sequentibus ad regionem pertinet, quam Britanni occupaverunt.

MCMLII

Nova domicilia inter septentriones et occasum solis spectantia construuntur. Qui vicus Mastbroock nominatur.

MCMLV

lura, leges, praecepta, quae Britanni iusserunt, tolluntur.

pristina - vorig, ehemalig circiter - ungefähr occulatio, occulationis, f - Das Verbergen, das Untertauchen plane - deutlich, allerdings peregrinis - fremd, Ausländer cogere, cogo, coegi, coactum - zusammentreiben crescere, cresco, crevi, cretum - wachsen occasus, us, m - Untergang, Tod tollere, tollo, sustuli, sublatum - aufheben





MCMLXI

Specus infra fossam navigabilem confectus aperitur, pons versatilis fossae impositus deruitur.

MCMLXV

Specus infra fossam e terrae cavernis elicitus, quo ii utuntur, qui pedibus ire praeferunt, conficitur.

MCMLXX

Cum regio Slesvigiae Holsatiaeque denuo partitur, praefectura Reinoldesburgum-Ekerenvorde instituitur, cuius administratio Reinoldesburgi sedem habet.

MCMLXXXIX

In Armamentario Alto ad Campum Militarem sito - olim militum castra erant, ubi arma, tela aliaque instrumenta militaria asservabantur - cultus artesque quasi domicilium habent.

MCMXCIX

Urbs Reinoldesburgum octingentesimum diem natalem multis spectaculis celebrat.

MMVI

Nonnulli discipuli discipulaeque Gymnasii Kronwerk magistro Svigero iuvante hoc summarium historiae urbis Reinoldesburgi in linguam Latinum transferunt.

specus, us, m - Stollen; hier: Tunnel fossa, ae, f - Kanal consecrare, consecro - heiligen, hier: einweihen versatilis, e - beweglich; hier: drehbar conficere, conficio, -feci, -fectum - fertigstellen tela, ae, f - Gewebe, Ketten; hier: Gerätschaften octingentesium - Achthundertster



Impressum

Diese kleine Übersicht über die Geschichte der Stadt Rendsburg hat der Grundkurs Latein 12/13 des Gymnasium Kronwerks bestehend Jana Dannemann, Carola Funkenberg, Andreas Gleser, Mandy Gottwald, Kirsten Häbel, Maria Hartwich, Irene Heidt, David Hohenschulz-Schmidt, Kai Kirchner, Michael Knarr, Anne Raabe, Stephanie Rohwer, Madelaine Scheibach, Kristin Schmidt, Lisa Schneider, Julia Take und Ronja Wißmann im August 2006 ins Lateinische übersetzt. Frank Schwieger hat ihnen ein bisschen dabei geholfen....

Layout & Bilder: Malte Hübner, Anne Raabe
Vokabelhilfen: Kristin Schmidt, Anne Raabe